terram, (einen becher) non habeo domum, agros
possessiones, pecuniam quae relinquam. Tu de-
disti mihi uxorem et filios, tibi reddo. nutri,
doce, serva, ut hactenus me o Pater pupillorum.
Reliqua annotavit diligenter D. Jonas.

Inter haec medicus frigidum eius corpus
curavit multis vestib. plumis, et linteis. subinde
ad ignem recalefactis, fovit maxime pectus
et pedes.

Inde ut quietus ageret descendimus ad
inferius coenaculum, D. Jonas, D. Augustinus
Schurff medicus et ego, consultaturi ut in tali
dolore licebat. At iunior medicus ubi redascenderat
erat, renunciabat Doctorem Martinum multum
sudasse, nihil periculi subesse. ~~et~~, et inter gaudium
inter spem et metum positi abeuntes salutavi-
mus iterum aegrotum. Sed mane reversi invenimus
medicum recte iudicasse, nisi quod aegro-
tus per diem dominicum mansit in lecto, dicens
illius murmuris intra caput adhuc graves
superesse reliquias. Ad vesperam vero tan-
dem demum surrexit, et coenavit nobiscum integer
(deo gratia) restitutus. Ita Dominus deduxit
ad inferos et reduxit, non solum illum, sed et